



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/320826>

20

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

**BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,**

PHIL. THEOR. MAG., LIT. HUM. ET JUR. UTK. DOCTOR, PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus**

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO AC HODIERNO HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA**

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**CHRISTIANUS PETRUS HENRICUS RAS,**


**Rheno-Trajectinus.**

A. D. IV N. MAJI A. MDCCCL, HORA II.

---

TRAJECTI AD RHENUM,  
APUD C. BIELEVELT.

MDCCCL.



## T H E S E S.

---

### I.

Venditione facta cum in diem addictione, primus emtor debet plus offerre quam secundus, si hunc vult vincere.

### II.

Non probanda est sententia Clar. HEFFTER, bonorum venditionem jam Pauli tempore in desuetudinem abiisse.

### III.

Lex *Lecta* (l. 40. D. de rebus creditis) damnari non debuit.

### IV.

Executio in bona, quae dicitur, secundum L. XII Tabul. omnino aderat.

### V.

Usurarum obligatio per longum tempus constitui nequit.

VI.

Nurus, quae ad secundas nuptias transit, amittit jus alimenta petendi, ex art. 377 n<sup>o</sup>. 1 Cod. Civ.

VII.

Minor, ipsa lege ad militiam vocatus, sine patris vel tutoris consensu se militiae adstringere nequit.

VIII.

Si invecta et illata conductor alienavit et tradidit, locator tamen suum jus in ea exercere potest intra tempus in art. 1188 Cod. Civ. indicatum, nec debet pretium restituere, licet in nundinis emta sint.

IX.

Sequestratio judicialis, quae dicitur, non omnino contractibus adnumeranda.

X.

Superficiarius non tenetur, nisi ex art. 1401 Cod. Civ., aedes reficere, quarum pretium non solverit.

XI.

Si instrumentum ex art. 22 Cod. Merc. deest, per testes invicem probari nequit societatem esse *initam*, nisi adsit initium probationis per scripturam.

XII.

Verba art. 321 Cod. Merc.: »*en nog te verdienen vrachtpenningen voor de onderneming*» non indicant, exercitores retinere posse nautum, quod acquisitum est in itinere, antequam magister contraxerat.

XIII.

Literarum cambialium praesentans tenetur, si acceptans solutionem negaverit, eam petere ab iis, quos indossantes in subsidium solutionem rogaverunt.

XIV.

Conventio, quae dicitur *premiecontract*, nullo modo irrita dici potest, ideo quoniam conditionem continet potestativam.

XV.

Socius commenditarius, qui societati operam tantummodo praestat mechanicam, qui v. c. codicibus praestitum accepti et expensi aut arcam curat, in solidum non tenetur ex art. 21 Cod. Merc.

XVI.

Poenae aliae, quam quae lege 6 Mart. 1818 (Stbl. n<sup>o</sup>. 12) sunt receptae, ex statutis municipalibus irrogari nequeunt.

XVII.

Socii adulterii puniri nequeunt ex Cod. Poen. Franc.

XVIII.

Divisio delictorum in crimina, delicta et leviora peccata probanda videtur.

XIX.

Improbanda mihi videtur sanctio legis, quae invenitur art. 20 Cod. Crim. pro copiis nauticis et art. 24 Cod. Crim. pro copiis terrestribus.

XX.

Qui furtum in xenodochio, ubi gratis receptus est, commisit, non punitur ex art. 386 n°. 4 Cod. Poen.

XXI.

In praevia inquisitione criminali testes jusjurandum praestare deberent.


XXII.

Probandum videtur, curam monetarum collegio regis ministro non subjecto committi.

XXIII.

Collegia fabrorum et mercatorum (gilden) nocuerunt prosperitati publicae.

---





190179